non pertinebat: & hæres defuncti in aliis bonis extra majoriam, vult mitti in possessionem bonorum maiorie, ex edicto Divi Adria. vel agere contra invadentem remedio, L. cum querebatur, C. unde vi. an poterit, & certum est per istam L. & legem Tauri, quod non, quia ille ad quem pertinet, majoria est, qui habet possessionem a lege in eum translata, & ipse debet agere, & videtur idem dicendum ex jure communi, quia cum hic veniat possessio accessorie ad dominium, cessante dominio, cessat possessio notabilis theotica, Bald. in leg. cum alienam, col. 1. C. de lega. Sed pone, quod possessor maiorie fecit aliquas expensas propter quas conceditur, sibi a jure retentio, an poterit retinere, non obstante dispoene hujus legis, & dictæ leg. Taurine, & videtur, quod sic; per ea, quæ notat Abb. in c. de multa. col. 4. de præben. & quod notat Bart. in leg. quod dicitur, ff. de impen. in rebu. dota. factis, & in leg. 2. ad fin. ff. de appel. recip. Item quæro, an in infantem transferatur ista possessio? Et videbatur, quod non per L. 1. §. si infanti, ff. de acqui. posses. sed credo contrarium esse verius per id, quod notat Paul. de Cast. in leg. donatarum, C. de acqui. posses. de possessione, quæ transferatur facta modo. Sed an tranfiret ista possessio in eum, qui adhuc est in utero, dixi in leg. 3. tit. 23. 4. part.

(3) *Et el señorio.* Ortum habet ista lex ab his, quæ habentur in leg. quotiens, C. de dona. quæ sub modo, quæ secundum Docto. ibi non ita late providebat: sicut hic videtur providere istam: nam per illam legem tantum dabatur actio utilis ex stipulatu, secundum unam expositionem, vel conditio ex leg. secundum aliam, quod tamen habere actionem realem, & quod elapsa die, ille in quem post tempus fuit collata donatio esset dominus, & tranferat in eum dominium, & possessio non fuit provium per illam legem, sicut per istam, ideo tene eam menti, quia est valde singularis, & semper allegatur in palatiis. Bene tamen verum est, quod specul. tit. de locato, §. nunc aliquid, vers. 70. quæritur in quæst. per eum ibi posita extendit in dict. leg. quotiens ad actionem realem; sed casus speculatoris est longe diversus ab isto, est enim mirabile, quod sine traditione aliqua iste secundum donatarii adquiret possessionem, & dominium contra regul. L. traditionibus, C. de pactis, & de hoc dicto specul. vid. Decius consil. 23. 9. pen. & fin. col. & sic quilibet ex nominatis in donatione erit dominus, & non nudus minister, vid. Joan. Andr. in additio. ad specul. tit. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua, in additione, quæ incipit per superiora, & ex ista leg. habes, quod succedens in majoria est dominus, & non usufructuarius, & idem vult g. off. notabilis in leg. Titia cum testamento, §. fin. in gloss. fin. ff. de lega. 2. & Soci. in leg. qui Roma in princ. col. pen. ad fin. ff. de verb. oblig.

(4) *Et otro.* Sed an donator possit ante tempus in quo acquiritur secundo donatario revocare istud onus, seu istud jus competens secundo donatario, est quæstio multum dubia, Bart. in leg. qui Roma, §. flavius, ff. de verb. oblig. tenuit, quod sic, etiam si sit donatio facta Ecclesie, monetur per L. 3. ff. de servis exportan. & subdit, quod hæres donantis hoc non possit, & idem tenet ibi Alexan. post multa, quem vid. Paul. de Cast. tenet contra Bart. & plerique alii. & opinioe contra Bart. dicit magis communem Guillel. Benedictus in rep. c. Raynuntius de testam. super verb. si absque liberis moreretur, 2. fol. 335. col. 2. ubi refert tenentes istam opin. adde etiam Roder. Suar. allegation. 20. ubi allegat istam legem, ego vero adhæremus opinionem Bartol. quam limitarem, nisi pacto huic approposito in favorem secundi donatarii accederet presentia, & consensus secundi donatarii, vel donator fecisset in hoc promissionem in favorem secundi donatarii, seu ex verbis appareat promissionem, de non revocando juxta ea, quæ dixi sup. eod. L. 4. & adde ad prædicta Decium consil. 58. & consil. 239. col. 2. ad fin. & col. 3. Bald. in leg. cum a facero, C. de jure dotium, & in leg. si constante, C. de donatione, ante nup. Socin. consil. 25. volumine primo in 2. dubit. &

De las donaciones que se mueven los omes a fazer, por razon que non han hijos, como non va len despues que los han.

Muevense los omes a las vegadas a fazer donaciones, porque non han hijos, (1) ni han esperança de los auer. (2) E porende dezimos, que si alguno, por tal razon, diese (3) a otro

Ley 1. tit. 2. lib. 5. Recop. Ley 8. tit. 10. lib. 5. Recop. Ley 1. tit. 6. lib. 5. Rec.

quien nombrasse para auerla. E si por auentura, quando fizo la donacion, non señalo (5) en quien fincasse de aquel dia en adelante, dezimos que la deuen auer los que heredan (6) los otros bienes, de aquel que fizo la donacion.

Partida V.

& Alexand. consil. 27. & 28. columna 2. volumin. 5. & quæ dicit consil. 106. & 107. vol. 2.

(5) *Non señalo en quien fincasse.* Quid si designavit, sed ante tempus quo sibi debuit queri, mortuus est? Dic, quod manebit penes primum donatarium gravatum de restituendo, ut in leg. pater filium, §. Tusculanus, ff. de lega. 3. L. unica, §. §. 1. & 2. C. de cadu. tollen. Joan. Andr. in dict. additione, titul. de instrum. editioe, §. nunc vero aliqua, in additione quæ incipit per superiora.

(6) *Los que la heredan.* Adde L. fin. C. de lega.

L E X VIII.

Donatio facta propter filiorum defectum, revocatur in totum habitis filiis legitimis postea natis: si autem habitis filiis legitimis, donet, non revocatur, si legitima eis salva remaneat, revocatur tamen usque ad legitimam, hoc dicit.

(1) *Porque no han hijos.* Si ergo haberet filios, vel filium, non videtur, quod haberet locum dispositio hujus legis, ut hic colligitur a contrario sensu, & in leg. si unquam, C. de revocam. donatio. ibi filios non habens, in contrarium tamen videtur L. cum pater, §. cum existimaret, ff. de lega. 2. & quia videtur etiam in isto casu militare eadem ratio, ac si nullum filium habuisset, cum potius velit pater dare bona filiis, quam extraneis, ut in leg. cum acutissimi, C. de fideicomis. L. generaliter, §. cum autem, C. de insti. & substi. L. cum avus, ff. de condi. & demon. & in hanc sententiam inclinat Ange. in dict. leg. si unquam, eo casu, quo est verosimile patrem non donasse, si scivisset alios sibi nascituros, ut in exemplo ibi posito per eum, & idem vult Bald. in leg. 1. col. 3. vers. sed quid si tempore donationis, C. de inoffi. donatio. ubi Paul. de Cast. distinguit, an filius natus ante donationem esset odiosus patri, vel non, unde hoc totum residet in iudicis arbitrio consideratis circumstantiis, an pater si cogitasset de liberis, postea nascituris, donaret, vel non? Ut tradit Andreas Tiraquellus in commen. dict. leg. si unquam, super verbo, filios non habens.

(2) *Ni han esperança de los auer.* Istud verbum ponderat Joannes Bernardus Diaz de Luco, olim Regii consilii Indiarum collega meus, nunc benemeritus Episcopus Calaguritanus, in regulis, & fallentis suis, in littera d. regula 141. pro communi conclusione Doctorum, quod si potest ostendi, quod donator tempore donationis cogitavit de filiis, non revocabitur donatio per dict. leg. si unquam, neque per hanc leg. ut voluit Bart. in leg. Titia, §. Imperator, ff. de lega. 2. Joan. de Imol. in c. fin. de dona. quam dicit communem esse sententiam Soci. consil. 53. col. 3. vol. 4. in contrarium tamen partem facit, quia dispositio istius leg. & dict. leg. si unquam, non fuit introducta favore donationis, sed filiorum, unde non potest per patrem huic dispositioni renuntiari, ut in leg. scire debetis, C. ut in posse, legato, L. quod de bonis, §. fin. cum simili. ff. ad leg. falci. & tenet expresse Oldra. consil. 173. & Joan. Andr. in additio. ad specul. tit. de instrum. editio. §. porro in addi. fin. vers. hoc autem certum est, quem sequitur Rom. in consil. 269. in fin. tenet etiam Alber. in dict. leg. si unquam, ubi dicit, se ita obtinuisse de facto, licet specul. tit. de instrum. editio. §. porro, vers. donatio autem firma vult contrarium ponere pro forma, quod permitantur de non revocando, etiam in casu supervenientium liberorum, Bart. etiam in dict. §. Imperator, col. pen. vers. quæro utrum, L. si unquam, tenet, quod revocationi, quæ potest fieri per

dict. leg. si unquam, potest fieri per donantem, non tamen querelæ inofficiolæ donationis, quæ introducitur favore filiorum, quod est maximi effectus, nam per leg. si unquam, revocatur donatio in vita patris, & per patrem, revocatio tamen, quæ fit per querelam inofficiolæ donationis, non fit in vita patris, sed post mortem ad petitionem filiorum, nam nullum jus habent in vita patris, ut in leg. fin. & ibi notat Bart. ff. de liber. agnos. & si dicatur, quod evenit inconveniens, & dnmum filiis in vita patris propter alimenta, si forte sunt pauperes, dicendum est secundum Cy. Ray. & Joan. de Imol. in dict. §. Imperator, quod in illum, in quem transeunt bona per donationem, transibit hoc onus alimentorum, ut in leg. si quis a liberis, §. fin. ff. de liber. agnos. & opi. Bart. dicit veriorum Ludov. Roma. consil. 29. movetur prout Bart. ex c. quicumque, 17. q. 14. ibi cum filios non haberet, neque speraret, prout etiam sunt verba nostræ legis, & ex aliis, quæ poteris videre per eum, & ita tenet Soci. dicens esse communem opi. quod possit renuntiari consil. 147. incipit visum facti contingentia, vol. 2. col. fin.

(3) *Diese.* Et sic non habere locum ista lex in venditione, vel alio contractu oneroso, sed in contractu gratuito donationis, quod intellige, nisi venditio esset facta modico pretio, secundum Bald. in dict. leg. si unquam, & in leg. 1. C. de pactis, & adducit late Soci. consil. 215. col. 1. & 2. vol. 2. Quid si donetur pro dote alicujus puellæ, ab alio quam à patre, an revocetur talis donatio ex supervenientia liberorum? Habui de facto, & defendi, quod adhuc habeat locum ista lex, & dict. leg. si unquam, quia adhuc talis pro dote, datio dicitur mera liberalitas, & donatio, ut in leg. fin. §. si a facero, ff. que in frau. credito. L. 1. §. accedit, C. de rei usu. actio. cum simili. & in terminis adducebam consil. Alex. 71. vol. 4. & nunc in commento hujus leg. vid. Andr. Tiraquel. idem tenentem, & allegantem dict. consil. Alex. in dict. suo commento, L. si unquam, super verbo donatione largitus, num. 193. ibi duodecimo ista dote mentio, vi. ibi in donatione vero ob causam, quæ respiceret favorem donantis, quatenus respiceret, & valor causæ concurreret, non haberet locum ista lex, ut tenet Ang. in dict. leg. si unquam, & Alex. consil. 40. vol. 4. dictus Andr. Tiraquel. in dict. verbo donatione, num. 122. in donatione etiam remuneratoria non haberet locum ista lex, neque dict. L. si unquam, ut tenet Ang. notabiliter ibidem, & Decius, qui alios recitat consil. 20. & dictus Andreas in dict. verbo donatione largitus, num. 11. usque ad num. 94. ubi multa dicit, & declarat quinque declarationibus, adde Decium consil. 366. col. pen. & in donatione mutua, seu reciproca, an habeat locum ista L. vi. eundem Andr. Tiraquel. in dict. verbo, ubi de aliis multis in hac materia, & an habeat locum ista L. in filia renuntiante juxta formam, c. quamvis pactum, de pactis in 6. vi. Decium consil. 181. in fin. & quid in legato facta, an revocetur per supervenientiam liberorum, vid. Alex. consil. 31. vol. 3. & Bart. in leg. pen. ff. de consue. tuto. & an procederet ista lex in donatione juris nondum delati, vid. Soci. consil. 39. vol. 3. Et quid si filius major renunciat maiorie, & vellet, ut succedat secundogenitus, an si primogenito postea nascuntur filii, possit petere majoriam, decidet ex notatis per Paul. de Cast. & alios in leg. si actionem, C. de pactis & ex his, quæ habentur in c. unico, de eo, qui fidem fecit agnato de feudo paterno.

otro (4) todo lo suyo, o gran partida dello, (5)

que si despues (6) ouiesse hijo, o hija, de su muger le-

(4) *A otro.* Quicumque sit ille, siue libertus, siue extraneus, & sic cessabunt opiniones, nam *Azo. in summa, C. de revocan. donatio. tenet. L. si unquam*, non procedere, si donaretur alii, quam liberto, idem tenuerunt *Güll. de Cug. & Cy. in leg. 1. C. de inoffic. dona.* quam opi. dicebat procedere in puncto rationis Soci. in *dist. consil. 53.* Communis tamen opinio post gloss. in *dist. leg. si unquam*, erat in contrarium, non tamen sequitur ista lex. Quid tamen si donaretur filio proprio? Dic. quod tunc non revocatur, nisi usque ad debitum bonorum subsidium, *L. si totas, C. de inoffic. dona. Bart. in dist. §. Imperator. col. 1.* & idem si donaretur Ecclesie, vel pio loco, ut in *c. quicumque*, ubi tex. cum gloss. 17. q. 4. *Bart. in §. Imperator. sup. alleg.* sed an revocatum filii postea nati, per querelam inofficiose donationis, vel ex dispositione hujus legis, vel *dist. L. unquam?* Pendet decisio, an in donatione facta filio jam nato pater de aliis filiis nascituris cogitavit, vel non iuxta ea, quæ dixi *sup. in gloss. 1.* & quid si donatio facta jam nato erat magna, non tamen excedit valorem tertie, & quinte partis bonorum, & partem legitime talis filii, an filii postea nati revocatum talem donationem? Videtur, quod non quia pater visus fuit talem filium, jam natum meliore in *dist. tertia*, & quinta bonorum, ut in *leg. 26. in ordi. Taurini.* Dicitur tamen Dominus Episcopus Calagurritanus in loco *sup. allegato*, in gloss. 2. tenet contrarium, imò quod revocatur donatio, & reducitur ad æqualitatem cum aliis filiis, & non habebit talis filius unicuique, majorem partem ex dicta consideratione, quod visus fuit pater meliorare eum, nam cum esset unus filius tantum non cadit, quod videatur meliorare, quia non debet presumi illa prædilectio, neque melioratio respectu nasciturorum, quorum merita nondum novit, & quia facultas meliorandi intelligi debet pluribus filiis extantibus, inter quos cadere possit affectio, & prædilectio, quæ cessat, quando unicuique tantum habet, & licet nihil alleget, ad hoc potest allegari *in §. datur inoffic. de assignatio. liberto.* ubi habetur, quod illa facultas (de qua in illo titu.) assignandi liberum datur ei, qui duos pluresliberos habet, & ibi gloss. parv. dicit, quod in unico filio hoc non est necesse, & facit etiam *in leg. cum pater, §. hæreditatem, in fin. ff. de lega. 2.* ubi viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit, præterea cum ista revocatio fiat ex præsumpta mente patris donantis, qui si alios filios nascituros cogitasset, non tantum filio unico, quem habebat donaret, sed æqualitatem inter eos servaret, non potest dici, quod dictus filius unicuique videatur melioratus à patre, & opinio dicti Domini Episcopi nititur summa æquitate, & veritate, & ego credo esse veram in hoc, subdit etiam dictus Dominus Episcopus in tantum hoc procedere, quod si pater unicuique filium donationem magnam pro dote fecisset supernascentes filii, non relicto sibi tertio donationem, usque ad suam legitimam revocaret, neque in hoc secundum eum gener videbitur deceptus, & si præterea causam onerosam, cum imputer sibi, qui non providit in casu supernascentium liberorum, neque ignorare debuit dispositionem *dist. leg. si unquam*, neque huic ultimæ conclusioni advertari dicit. *L. 29. in ordi. Tauri.* quia cavetur, quod ad hoc, ut dicatur dos, inofficiose debeat considerari, quod excedat legitimam, & tertiam, & quintam partem bonorum, quia secundum eum, illa lex loquitur, quando dos venit moderanda per querelam donationis, seu dotis inofficiose, non autem quando revocatur ex dispositione *dist. leg. si unquam*, & hujus nostre legis, & subdit situd esse rationi, & æquitati consonum, & per hoc evitari parentum quorundam affectiones indiscretas, ut ibi latus per eum. Cui ego in hoc non assentio, nam cum talis dote datio à patre fiat, judicatur non mera donatio, sed ob causam, ut probatur in *leg. cum multa, C. de dona. ante nupt.* & ibi gloss. & *Bald. col. 2. L. Pomponius Philadelphus, ff. fami. herci.* unde talis donatio non revocaretur per nativ-

tatem sequentium liberorum, ita tenet *Joso. consil. 171.* & ante eum Soci, cujus ipse meminit *consil. 147.* incipit vita facti contingentia, *col. fin. vol. 1.* & novissime *Tiraquell. in dist. commento suo, vers. donatione largitus, num. 196.* pro opinione tamen Domini Episcopi facit, quia licet pater teneatur ex paterno officio dotare filiam, non tamen potest negari, quin exerceat liberalitatem, & donationem in filiam, ut probatur in *leg. 2. ibi, paterna munificentia, C. de bonis, qua liber.* facit etiam opinio illa, quam plurimum doctorum, in taxanda dote filiarum metam esse legitimam, ut tradit *Sali. in authent. res que 2. notabi. C. com. de lega. & Alexan. qui alios refert consil. 69. vol. 1.* & vide hodie novam pragmaticam factam in Curia de Madrid, anno Domini 1534. petitione 101. quod ergo dat ultra legitimam, non ex debito, sed ex liberalitate facit, ergo habebit locum ista lex, & *L. si unquam*, ad quæ tamen potest responderi, non esse veram illam opinionem, quod in dote filiarum meta sit legitima, sed consideranda est dignitas filiarum, & quantitas facultatum patris, & numerus liberorum, ut in *leg. si filia pater, ff. de lega. 3. L. quare, cum L. si quando, ff. de jure doti, L. 5. titul. 7. 6. partita, ubi textus nota.* & tradit latè *Soci. consil. 288. columna 7. cum sequen. vol. 2. Decius consil. 26. & consil. 180.* & dos quam pater assignat filiarum, judicanda est competens cum nullus melius, quam pater sciat capere consilium pro filia, *L. neque in ea, ff. de adulter. præterea* si pater volens acquirere generum divitem, & potenter det dorem filiarum, etiam excessivam dictis considerationibus attentis, non potest negari, quin faciat suum negotium, & utilitatem sibi, & suæ familie: ergo donatio est ob causam, & sic non procedit dispositio hujus legis, neque *L. si unquam*, quod tamen cessat, quando extraneus donaret causa dote, ut supra dixi: tunc enim cessant illæ utilitates, & causæ, & mera liberalitas exercetur, possit tamen salvari opi. Domini Episcopi, quando pater desperans de aliis liberis, & cum posset dotare filiam minori dote: cum marito illo cum quo contraxit, dedit sibi ampliore dorem, considerans se nullum alium filium habere, tunc, quia exercet donationem simpliciter, & cessant dictæ, vel consimiles considerationes, nimirum si tunc revocetur donatio in eo, quod dos fuit excessiva.

(5) *O gran partida dello. L. si unquam*, unde ista sumitur, dicit aliquam partem, unde verificari videtur in qualibet parte etiam minima, ut alias dicit gloss. in *clen. 1.* in verbo, aut eorum parte, de foro compe. *Bald. tamen in leg. 1. C. de inoffic. donatio.* & in *leg. sicut certi, & in leg. si cum, vel in utero, C. de testa. militi.* tenet, quod requiratur, ut saltem pars sit dimidia, per *L. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verbo signi. Bart. vero in dist. §. Imperator.* tenet, quod verificetur, & si donat quis rem particularem, & sic non quotitativè, & *Franciscus Curtius senior consil. 1. col. 6.* adducit auctoritatem *Bald. & Joan. de Imol.* quod saltem sit quarta pars bonorum, ego hoc relinquere arbitrio judicantis, & sic, quod donatio ascendat ad talem portionem, vel res particularis donata, quod non esset verisimile si donaturum, si de liberis cogitaret, & hoc tenet *Joan. Bapt. d. Sancto Seve. in dist. leg. si ut certi, & L. si cum, vel in utero,* dicens ista vidisse judicari in Civitate Senarum, & tenet *Franciscus de Aret. in leg. Titius in princ. ff. de liber. & posthu. Soci. in dist. consil. 53. col. 5.* & istud voluit ista lex, cum dicit *gran partida*, licet potest dici, quod imò hoc verbum innuat, quod requiratur, ut donatio sit majoris partis bonorum, ut in *leg. propter litem*, & ibi *Bald. ff. de exco. latio. suo.* sed tenendum est, quod dixi cum ista materia, tendat ad præsumptam mentem donantis, & quia aliud est dicere plurimam partem, ut in *dist. leg. propter litem*: aliud magnam partem, de quo etiam vid. *Andr. Tiraquell. in commento illius, L. super verbo omnia, vel partem aliquam, num. 27. cum sequen.*

(6) *Si despues.* Sive modo intervallo, sive magno postea nascantur, dum tamen de liberis tempore donationis non

legitima, (7) con que casasse despues, (8) que luego (9) que los ha, es revocada (10) porende la donacion, e non deve valer en ninguna manera. (11) E si por aventura alguno que ouiesse hijos

legitimos, quisiesse fazer donacion a otro, pue-delo fazer en tal manera, que todavia sinque en salvo a los hijos la fu parte legitima, tambien en vida (12) de su padre, como despues de la muert-

non fuit cogitatum, ut quia fortè maritus diutius ab uxore prægnante abfuisset, quæ statim post donationem peperit filium, argu. *ff. de capitulis, L. 1.* & idem si tempore donationis habebat filium, quem tamen ignorabat se habere ex mente, & sententia hujus legis, & probatur in *leg. sicut certi, & in leg. si cum, vel in utero, C. de testa. militi. & L. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthu.* & est de mente *Bart. in repe. L. 1. 2. quest. principali, C. de Sacrosanct. Ecclesie.* tradit dictus *Andr. Tiraquell. in commento dict. leg. si unquam, super verbo filios non habent, num. 14. & 15.*

(7) *De su muger legitima.* Non ergo procedit dispositio hujus legis in filiis adoptivis, neque spiritualibus, quos donator fe sacro fonte levavit, neque in Monasterio in quo donans ingredere, neque in filiis naturalibus, etiam si ex scripto principis legitimum: de adoptivis voluit expresse *Paul. de Cast. in leg. 2. C. si quid in frau. patro. Alexan. consil. 40. vol. 4. Decius consil. 399.* de spiritualibus patet, quia isti non succedunt patribus spiritualibus, ut not. *Anto. & Abb. in c. tanta, qui filii sunt legi.* tradit *Andr. Tiraquell. in dist. leg. si unquam, super verbo suscepti liberis, num. 21. cum sequen.* de Monasterio tenet *Alberic. in dist. leg. si unquam, Francisc. de Aret. in leg. 1. col. 7. ff. de testa. & tradit d. Andreas sup. dicto verbo num. 36. & 37. vid. ibi num. 42.* an revocet saltem usque ad legitimam de filiis naturalibus, tenet *Oldrad. consil. 278.* incipit licet quantum ad claustrales in 3. dubio per *leg. qui Libertinus, §. pen. ff. de operis liber. & L. generaliter, §. cum autem, ff. instit. & substit.* sequitur *Tiraquell. ubi sup. num. 45.* Ripa. tamen ibi *quest. 28.* vult contrarium ex præsumpta voluntate donantis, quæ fuit ratio *dist. leg. si unquam*, ista lex partiturum favor primæ opinioni, ut dixi in princ. hujus gloss. & idem dicit *Tiraquellus*, esse de filio naturali respectu matris donantis, num. 51. si tamen essent tales filii naturales, qui mari possent succedere ex testamento, & ab intestato, veluti qui non sunt ex damnato coitu, videtur, quod per istos revocetur donatio, ex quo etiam dicere possunt inofficiose testamentum matris, vid. ibi per eum, & *L. 9. in ordi. Tauri*, & adde quæ not. *Alexan. consil. 40. vol. 4. dubio* de filiis natalibus restitutis, vel per principem legitimatis, quod donatio præterea eorum non revocetur, tenet *Sali. in dist. leg. si unquam, Bald. in leg. 1. col. pen. C. de inoffic. donatio.* & in *leg. 2. C. si quid in frau. patro. & in c. innovat de electio.* ubi contrarium dicit esse legitimaretur talis filius per subsequens matrimonium: nam per istum revocaretur donatio, vid. de his latè per *d. Andream super dicto verbo num. 58. & 59. cum multis sequen.* & *Decium consil. 307. col. fin. & latè consil. 366.* advertet tamen, quia ista lex videtur decidere, quod imò, & per legitimatum per subsequens matrimonium non revocetur donatio, dum dicit: *Que si despues ouiesse hijo, o hija, de su muger legitima con que casasse despues*, vult enim ista lex, ut requiratur filium natum esse ex uxore legitima, & sic quod tempore conceptionis nascatur ex uxore legitima, quia qualitas adjuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. *L. in delictis, §. si detrahita, ff. de noxa. L. si extraneus, ff. de condic. ob causam, & sic innuit secus esse, si non nasceretur ex uxore legitima, licet postea ex subsequenti matrimonio legitimum: neque est de hoc mirandum, cum etiam attendat sola dispositione juris communis, *Alexan. in leg. gallus, §. & quod si tantum, col. fin. ff. de liber. & posthu.* hoc idem videtur tenere motus hac ratione, quod hujusmodi legitimationo trahitur retro in præjudicium legitime nati, ut not. *Joan. And. in regula sine culpa, de reg. jur. in 6. & in c. tanta, qui filii sunt legi.* quia tamen hoc est rigidum cogitandum super hoc relinquo, vid. quæ dixi in *leg. 1.**

tit. 3. part. 4. in gloss. super verbo, son legitimos.

(8) *Con que casasse despues.* Hoc dicit, quia certum est, quod de filiis natis de tali uxore, donator tempore donationis non cogitavit. Non tamen intelligas, quod si ex uxore, quam tempore donationis habebat nasceretur, quod ideo donatio per istos non revocatur: nam idem esset de eis dicendum, si & similiter apparetur: cum idem esset tempore donationis non cogitasse, cum milititer eadem ratio, & ita tenet *Bald. in dist. leg. si unquam*, in casu positione, & in dubio, an præsumatur cogitasse de liberis, vel non, vid. *Bart. in dist. §. Imperator, col. pen. vers. quæro, quid si in dubio, & notat quid in eo, qui non potest opinari, quod naturaliter sit habiturus filios, sed est desperatus se posse habere eos: tunc licet de filiis cogitaverit, habebit locum hujus legis dispositio, secundum *Soci. consil. 126. vol. 3. col. 2. vers. aliquando, & tertio*, & hoc ex ratione, in quo fundata est ista lex, & *dist. leg. si unquam*, vid. ibi per eum, qui dicit hunc casum non repetisse à Doctore, dicitur, & subdit ibi *col. 4.* quod promissio de non revocando propter liberis suscipiendos, & renuntiatio *dist. leg. si unquam*, videtur intelligenda respectu filiorum, & de filiis ex uxore, quam tunc habebat procreandis: non autem de filiis procreandis ex alia uxore, & dictum *Soci.* latius repetit, & sequitur dictus *Andr. Tiraquell. in dist. repe. L. si unquam, num. 100. vers. 3. declaratur*, vid. ibi per eum.*

(9) *Que luego.* Et sic non expectata morte donantis, ut filius sic revocet, imò & ipse pater statim potest, ut hic, & apertius in *dist. leg. si unquam*, ubi gloss. fin. filius tamen vivente, patre non potest agere ad revocationem secundum *Cin. & Joan. Fab. in leg. 1. C. de inoffic. donatio.* si tamen egeret filius recursum habere contra donatarium ad alimenta, ut in *dist. leg. si quis à liberis, §. fin. ff. de liber. agnos.* mortuo tamen patre, filius revocabit, sicut & pater poterat, licet & pater in hoc nullam declarationem suæ voluntatis fecisset, secundum *Alberic. in dist. leg. si unquam*, ex quo *L. ipso jure* revocavit.

(10) *Es revocada.* Ipso jure, ut hic dicitur, & notat gloss. *dist. leg. si unquam*, & si possessio per constitutum fuit translata donatario, & reddidit donatorem constituto ipso resoluta, secundum *Philipp. Decium consil. 366. ad fin.* quia constitutum sequitur naturam ejus actus, cui apponitur *Bald. in leg. ex testament. ad fin. C. de fideicommiss. & in leg. 2. de feud. dat. in vicem, L. commissio*, & adde, quod revocabitur donatio, & si sit jurata, ut notat *Bart. in dist. §. Imperator in fin.* & est communis Doct. conclusio.

(11) *Manera.* I. revocatur in totum, ut in *dist. leg. si unquam*, & quia licet filii postea nati decedant, donatio non reconvalet, secundum *Alberic. ibi, & Bart. in dist. leg. Titia, §. Imperator. col. pen. vers. quæro, pone filii sunt nati, ff. de leg. 2.* licet *Alberic. in leg. 1. ff. de assig. libert.* argu. illius legis contrarium infererebat.

(12) *En vida.* I. neque in vita, neque in morte donabit, vel legabit ultra legitimam, vid. *L. 28. in ordi. Tauri.* ubi habetur, quod vigore diversarum. *LL. fori* permissentium donari posse in vita per parentem habentem filios legitimos, quintam partem, & etiam in morte posse legari extraneis, vel pro anima quintam, parens non potest nisi unam tantum quintam donare, vel legare, si in vita, si in morte, & licet illa lex loquatur, quando donat, vel legat descendenti, à fortiori si extraneis, & sic per illam legem tollitur illa antiqua Doctorem Hispanorum dubitatio, an vigore illarum. *LL. fori* possint parentes disponere de duobus quintis, de qua questione vid. *Roderi. Suarez in calce comment. sui per legem, quoniam*

